BIBLIOTECA CENTRAL UANL

CAPUT XXVI.

Gregorius IX. a *Archiepiscopo*, & *Priori* b *S. Mariæ Rhotomagensis*.

OLim I. V. & P. Ordinis c Tironensis. *Et infra*: Ne igitur reformatio monasterii valeat retardari, mandamus, quatenus relaxatis excommunicationum, seu suspensionum sententiis, si quas idem Abbas protulerit, vel per quoscumque judices promulgari fecit, post inceptum negocium in eos, & adhærentes eisdem, ac eis restitutis, quos idem Abbas negotio pendente contra justitiam spoliavit, in negotio de plano, & absque judiciorum strepitu procedentes (cum talibus maxime in hoc casu non deceat Dei servos involvi) inquiratis, quæ circa personas, & observantias regulares videritis inquirenda: corrigentes, & reformantes, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis & reformationis officio noveritis indigere: juramentis, si quæ de dicenda veritate Abbas extorserit, relaxatis, proviso ut negotio ipso pendente præfati monachi eidem Abbati obediant, & intendant; ita tamen, quod per hoc prosecutio negotii non valeat impediri. Si vero testes contra eumdem Abbatem producti fuerint, dictorum ipsorum ei copiam dari faciatis. Prædictis autem monachis expensas factas propter hoc, & tribus, vel quatuor ex istis, vel aliis, quos idoneos ad dictum negotium prosequendum duxeritis assumendos, faciatis de bonis ejusdem monasterii; & faciendas expensas ad prosecutionem ipsius negotii necessarias, computatis, si quas propter hoc receperunt de bonis monasterii, cum proprium non habeant, d ministrari: contradictores, &c.

NOTÆ.

a *Archiepiscopo.*) Mauricio videlicet, qui antea fuerat Sagiensis Episcopus, & postea Cenomanensis, & tandem decessit Rhotomagensis anno 1235. ut refert Chenu *in serie Præsulum ipsius Ecclesiæ.*

b *Priori sanctæ Mariæ.*) In ipsa urbe Rhotomag. est monasterium canonicorum regularium Sanctæ Mariæ, Ordinis D. Augustini, de quo Pennotus *l. 2. canon. regul. cap. 34. n. 18.* cujus Priori in præsenti rescribit Gregorius.

c *Tiron.*) Alibi legitur *Turon.* alibi *Cisterc.* ut emendat Glossa marginalis: & legendum credo *Tironensis*. Tironense enim monasterium est Ordinis Cisterciensis, de cujus reformatione scripsit epistolam 31. Gregorius IX. in hæc verba: *Quatenus adeuntes universis Abbatibus, & Prioribus sibi subjectis, infra festum omnium Sanctorum proxime venturum corrigeret, & reformaret, tam in monasterio Tironensi, quam in membris ipsius, & ceteris ei subjectis.* De eo Manrique *t. 4. annal. Cisterc. anno 1231. c. 6. n. 9.*

d *Ministrari.*) Juxta tradita supra *in c. ex par. 11.*

CAPUT XXVII.

Idem *Episcopo* a *Cisterc.* & *de Alde*, & *de* b *Salem. Abbatibus.*

PRælatorum excessus. *Et infra*: Sane dilecti filii C. & quatuor alii Canonici c Frisigien. denunciando monstrarunt, quod Frisigien. Episcopus bona sui Episcopatus (quem, ut dicunt, fuit minus canonice assecutus) adeo graviter dilapidat, & consumit, quod (nisi celeriter adhibeatur remedium) Episcopatus idem per eum ad irreparabile dissolutionis opprobrium deducetur: nec solummodo rerum, verum etiam famæ suæ prodigus, & salutis, vitam ducit enormiter dissolutam. *Et infra*: Discr. v. mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum, inquiratis solicite veritatem, & eam fideliter conscribentes, sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam. Eidem Episcopo terminum assignantes, quo nostro se conspectui repræsentet pro meritis recepturus: potestate d vendendi, dandi, infeudandi, seu quomodolibet alienandi bona ipsius Ecclesiæ, interim eidem penitus interdicta.

NOTÆ.

a *Cisterc.*) Recte in margine emendatur *Cistr.* cum in præsenti scribat Gregorius Cistrensi Episcopo, de qua diœcesi egi *in cap. 2. de corpore vitiat.*

b *Salem*) Salem, seu Sala Salomonis, vulgo *Salmans-Weiler*, celeberrimum Cisterciensis Ordinis cœnobium est in Alemania, Constantiensis diœceseos: primum a Guntrano Barone constructum anno 1134. deinde a Conrado, & Friderico primo Imperatoribus, & a Burchardo Archiepiscopo Salisburg. liberalissime ditatum, ut refert Bucelinus *Germaniæ sacræ part. 2. fol. 78.*

c *Frisigen.*) Geraldus videlicet, qui præfuit ipsi Ecclesiæ per undecim annos, ut refert Bucelinus *tom. 1. German. in serie Episc. ipsius Ecclesiæ.*

d *Vendendi.*) Etiam cum solemnitate præscripta *in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*: nam hoc speciale est in crimine dilapidationis, ut lite adhuc pendente, Prælatus suspectus de dilapidatione, ab Ecclesia amoveatur, *cap. licet Heli, de simon.* probat Bernardus Diaz *in praxi, cap. 71.*

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

CAPUT PRIMUM.

Gregorius a *Anthemio Subdiacono Campaniæ.*

CUm fortius punienda sint crimina, quæ insontibus, & magis sacratis b hominibus ingeruntur, quam sitis culpabiles omnes, qui in causa Joannis resedistis, attendite, ut Hilarium criminatorem ipsius nulla ex definitione vestra pœna conveniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram credatis esse idoneum, quod vobis quasi judicare volentibus, solus frater, & Coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius unus a multis rationabiliter suaderi, quam multi ab uno poterant sine causa deferri. Quia ergo tantæ nequitiæ malum sine digna non debet ultione transire, supraiscriptum fratrem nostrum Paschasium volumus admoneri, ut eumdem Hilarium prius Subdiaconatus, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice castigatum, faciat in c exilium deportari, ut unius pœna multorum possit esse correctio. Cujus si forte lenitatem Diaconi sui adhuc opinio lacerata non commovet, & in hoc, quod non credimus, torpens extiterit, experientia tua hæc quæ diximus, faciat, & de illius nobis neglectu renuntiet. Horrandus præterea idem frater ex nostro mandato est, ut se in omnibus vigilantem exhibeat, & Ecclesiæ suæ amplius disciplinam non negligat, ne & peccatum de his, qui ei commissi sunt, sustineat, & nos contra se vehementer stimulet, si in officii sui cura, quod non optamus, incautus, vel lentus extiterit. d Volumus autem ut memoratus frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & majorem domus: quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus, & paratus existere: si vero & negligentem eum prospicis; & ea quæ diximus, implere differentem, omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

NOTÆ.

1 a *Anthemio.*) Ita etiam legitur in prima collectione, *sub titul. de accusationibus, c. 2.* & habetur textus hic in ipso registro Gregorii, *lib. 9. epist. 66.* ex quo integram hujus textus transcribo, & ex ipso D. Gregorio citarunt textum hunc Burchardus *lib. 2. Decreti, c. 201.* Carnotensis *part. 2. Decreti, c. 274.* De hoc Anthemio nonnulla notavi *in cap. 1. de testamentis.*

b *Hominibus ingeruntur.*) Facit idem Gregorius *lib. 15. Moral. c. 15.* ibi: *Gravius est, si quis justis potius, quam peccatoribus noceat, unde & per Prophetam dicitur: Sanguis ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum: non effu-*

dit illum super terram, ut possit operiri pulvere: per terram videlicet, & pulverem peccatorem, per petram vero limpidissimam justum signavit, qui gravibus peccatorum contagiis non exasperatur. Sanguis ergo super limpidissimam petram effunditur, quando malitia crudelitatis in afflictione justæ animæ grassatur. Unde quo quis est justior, ac proinde dignior veneratione, ideo indignus est illum impeti falsis probris, & calumniis.

c *Exilium deportari.*) Quæ phrasis apud scriptores inferioris seculi recepta, & usitata fuit, in specie a Sixto III. P. M. *ep. un. ante medium*, ibi: *Si quis circa ejusmodi personas non probanda detulerit, intelligat se jacturam infamiæ sustinere, & sub magna excommunicatione exilio deportari.* Ita constitutione Hon. & Theodosii, quæ est ordine 15. in appendice C. Theodos. edita a Sirm. & de Manichæis Anastasius *ep. 1. c. 3.* ita scribit: "Subditi legibus secundum Christianorum Principum constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices sunt perpetuo exilio relegati. *Et c. 13. 17. q. 1.* Illustrat D. Nicolaus Ant. *de exilio lib. 2. c. 1. n. 8.* D. Joseph. de Retes *lib. 1. de interdict. c. 1. in notis.*

d *Volumus.*) Verba quæ sequuntur, extant *in c. volumus, 89. dist.* in qua distinctione intendit Gratianus exponere, quod sit officium vicedomini. Et sciendum est, vicedominum in literis canonibus accipi pro eo, qui ab Episcopo administrationi rerum suarum præpositus est, & pro hospitibus recipiendis, & eleemosynis elargiendis, & ut absolute provideat rebus omnibus, quæ domi providenda sunt; ideo dicitur major domus *in c. Salvator, 1. q. 3. c. diaconum, 89. dist.* & eum vice Episcopi causas judicasse constat ex præsenti ep. & *ex lib. 3. c. 26.* *Mandat Comes, vel Abbas, vel vicedominus, vel ille, quicumque locum Episcopi, vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei rationem.* Et *lib. 5. c. 129.* Conc. Mog. sub Carolo *c. 150.* tria velut hominum genera memorat, quibus omnis Ecclesiastica res qualisqualis commissa est, omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero; & ait: *Omnino præcipimus vitæ dominos, & præpositos, advocatos, sive defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes.* Et *c. conjuare 38. de sim.* Alia de vicedominis adducunt Joan. Vossius *lib. 3. de vitiis serm. c. 53.* I. Filesacus *in c. 4. de Offic. Grd.* P. Greg. *lib. 2. p. sit. 9. c. 5. n. 11. & lib. 15. syntag. c. 40. n. 3.* Sebast. Cæsar *de Eccles. Hierarch. q. 2. proœmiali, §. 5. n. 13.* Manrique *tom. 1. annal. Cisterc. anno 1136. c. 1. in fine*, I. Dartis *ad Decret. in dist. 89.* Unde D. Greg. in præsenti prædicta vicedomini munia complectens jubet, ut Paschasius Episcopus eligat Vicedominum pro hospitibus recipiendis, & simul causis, quæ emergant, decidendis.

COMMENTARIUM.

1 *Calumniator traditur, & exilio.* EX fragmento hujus epist. a Raymundo in præsenti transcripto, talis communiter deducitur assertio: *Subdiaconus calumniose accusans, gradu ipso privatur, & verberibus afficitur, ac in exilium mittitur.* Quæ assertio probari potest *ex c. Deus 7. 2. q. 1. c. qui crimine 2. q. 8. c. 1. & ult. 3. q. 6. c. quisquis 3. 2. q. 8. c. si quis Episcopus 50. 2. q. 7. c. Epiphanium 4. 5. q. 6. c. 4. q. 3. c. fin. 1. q. 6. c. 1. §. adiicitur, de elect. in 6. c. 1. 2. q. 4.* Sixtus III. supra relatus; Hadrianus Papa ad Episcopos Mediomat. *c. 58.* in quibus omnibus variæ pœnæ contra calumniatores statuuntur: referunt ea, & alia juris testimonia Ant. Aug. *in epit. lib. 30. tit. 11. & lib. 37. tit. 57.* Crespet. *in summa, verbo Accusator falsus*, Illustrant ultra congestos a Barb. *in præsenti*, Guaz. *de defens. reor. c. 13. defens. 3.* Alfarus *de offic. Fiscal. glos. 17.* Giurba *cons. 47.* Valenzuela *cons. 170. ex n. 1. & consil. 171. n. 47.* Petrus Greg. *lib. 4. partit. tit. 15. c. 4.* Mendoza *lib. 2. Conc. Illiber. c. 12.* de Bellis *decalis q. 8.* Manc. *gen. cont. 2. c. 45. & sacri juris controv. tit. 7. & de exiliis juris collat. c. 179. & 117.* Salcedo *in praxi, c. 64.* Martha *de jurisd. p. 1. c. 48. n. 21.* Roussilius *lib. 4. hist. jurisd. Pont. c. 5. n. 12.* Corvinus *lib. 4. aphorism. juris canon. tit. 30.* Turrecremata *in Paral. c. 43.* Ant. Matthæus *de crimin. ad lib. 48. Pandect. tit. 17. c. 3. fol. 813.* Theophilus Raynaud. *in epitheton. de calumn. sect. 1. c. 4.* Turrecremata *in c. calumniator, 2. q. 3.* Castillo *tom. 3. controv. lib. 3. c. 21.*

2 *Impugnatur nostra assertio.* Sed hæc assertio difficilis redditur sequentibus juris considerationibus. Prima nascitur ex eo, nam in principio cujusque litis, civilis, seu criminalis, jurat actor, se calumniæ causa accusationem, actionemve non proponere, *princ. Inst. de pœna temere*: sed postquam juratum est, non calumniæ causa judicium intendi, amplius quæri non potest, an fuerit calumniatus actor, *l. 3. §. nodo, ff. de jurejur.* quia post juramentum tantum quæri potest, an juratum sit, *§. item si quis 44. de action.* ubi plura Pichardus. Igitur nunquam calumniator in judicio propter calumniam damnari potest. Secunda nascitur ex eo, nam calumniatorum pœna talio est, idest ut eamdem subeat pœnam accusator, quam accusatum pati intendebat, *c. qui crimen 2. q. 8.* ibi: *Et qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit, ipse patiatur.* Et *c. 3. 2. q. 8.* ibi: *Cum calumniantes ad vindictam poscunt, similitudo supplicii, &c. c. calumniatur, 2. q. 3. & 4. q. 4.* ibi: *Calumniator talionem recipiat.* Heraldus Episcopus Turon. *cap. 80.* *Quod eamdem pœnam passurus sit accusator, si convincere non potest, quam reus, si victus fuerit.* Probavi *in c. insuper 16. de accusat.* Igitur si in præsenti casu Subdiaconus Diaconum per calumniam accusaverat, eadem pœna afficiendus erat, non vero diversis a Gregorio statutis. Tertia oritur ex eo, nam pœna verberum, quam imponit Gregorius, non convenit nec ipsi Subdiacono, cui imponitur, nec judici ecclesiastico, a quo infligitur. Non ipsi Subdiacono, quia liberi homines, & cives Romani verberibus non afficiuntur, sed tantum servi, & viles personæ, ut probavi *in can. 3.* Conc. Illib. cui inde infames manebant, *l. illius 22. ff. de his qui not. inf. l. in servorum 10. fin. leg. capitalium 28. §. pen. ff. de pœnis, l. nullum C. ex quibus caus. inf. l. 12. C. de decur. l. pen. §. instituitur, ff. de variis & extraord. l. fin. de injuriis, leg. 6. §. quid, de tabulo, l. 1. ff. quando appellar. l. 4. ff. ne secundo, l. Larius, ff. de accusat.* Ortald. *lib. 18. Dom. c. 8. littera l.* Tiraq. *de nobilit. c. 20.* Amaya *in l. 65. C. de decur. lib. 10.* Et sacri Canones pœnarum delectum, & distinctionem semper observarunt, ita ut licet ob graviora crimina laicos pœnitentiæ solemni mancipaverint, tamen Clericos, & Ecclesiæ ministros nunquam ad statum illum redegerunt, propter infamiæ notam, qua solemniter pœnitentes inurebantur, *c. pœnitentes, c. illud 50. dist.* Conc. Carthag. *5. can. 11.* probavi late *in c. 1. de bigam. non ordin.* Ergo propter eamdem rationem, infamiæ videlicet notam, quæ ex verberibus, & flagris provenit, non potuit Subdiaconus in præsenti specie verberibus castigari. Nec judici Ecclesiastico conlona est hæc pœna, cum judices Ecclesiastici pœnam sanguinis conferri non possint, *c. sententiam, ne clerici, vel monachi*: sed verbera sanguinem eliciunt, & ideo a judice Ecclesiastico imponi non posse, docetur *in c. qui in Archiepiscopatu, de raptor.* Ergo non recte in præsenti talis pœna in Subdiaconum calumniatorem statuitur. Eodem modo arguendum est de pœna exilii, seu deportationis in præsenti statuta: nam exilii pœna capitalis est, *l. capitalium, ff. de pœnis, l. 3. ff. si quis cautionibus, l. hos accusare 11. §. omnes, ff. de accusat.* late probat D. Nicolaus Ant. *de exilio lib. 2. c. 3. per totum*, Salgado *de protect. Regia, p. 2. c. 4. n. 164.* Carleval. *de judiciis l. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1. n. 751.* D. Joseph de Retes *de interdictis, in l. cum Ulpianus, & lib. 3. excursu 2.* Unde Ecclesia eam non imponit, sed judex secularis ad requisitionem judicis Ecclesiastici, *c. 2. de cleric. excom.* ibi: *Et Episcopus minime emendare poterit, Regis judicio ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnetur.* Probat Citonius *lib. 1. obs. c. 1.* Igitur minus congrua in præsenti exilii pœna a Gregorio Subdiacono calumniatori imponitur.

Adhuc tamen defendenda est præsens assertio, pro cujus expositione sciendum est, calumniæ varias esse acceptiones: in bonam partem nonnunquam sumi, constat ex Carnot. *ep. 17.* ubi de Philippi Regis nuptiis cum Bertrada, cui ipse jure contradixerat, sic loquitur: *Quia autem quod dicto & scripto calumniam, quam debui, feci.* Quo sensu dixit deinde *ep. 41.* conjugium calumniosum: alias calumnia sumitur pro jurgio forensi, vel lite, ut sæpius apud eumdem Ivon. *ep. 66. 179. 219. 229. & 268.* Et Arnulfus Episc. Lexov. *ep. 32.* ait: *Nuntiatur vero nobis, te in Anglos nihil nisi lites, & calumnias invenisse*: Quare calumniatorem pro actore, & petitore usurpat Ivo *ep. 212. & 241.* Notarunt Juretus *in d. ep. 17.* Gibal. *de usur. tom. 2. lib. 6. c. 7. art. 2.* Beyerlinch *in theatro. tom. 2. verbo Calumnia.* Sed plerumque male calumnia sonat, pro calliditate & malitiosa juris interpretatione accipitur *in l. ad exhibendum 19. ff. ad exhibendum*, ibi: *Non oportet jus civile calumniari, neque verba captari, sed qua mente quid dicitur, animadvertere convenire.* Probat Laur. Valla *lib. 6. elegant. c. 50.* Pro dolo malo usurpatur *in tit. ff. si mulier ventris nomine in possessionem calumniæ causa, l. 2. C. de jurejur. propter calumniam*: quam acceptionem late illustrat Bargalius *lib. 5. de dolo, c. 15.* In præsenti titulo pro falsa criminis accusatione sumitur, & definitur juxta Marc. *in l. 1. ff. ad Turpil.* ut calumniari sit falsa crimina intendere; ac proinde nihil aliud est, quam falsi criminis impactio. Quam definitionem explicat Theophil. Raynaud. *de calumn. q. 3.* & Nonius Marcel. *c. 4. n. 74.* ait: *Calumnia est malitiosa, & mendax infamatio.* Et Beda *lib. de orthographia*: *Calumnia*, inquit, *est crimen falsum, cum nobis adversarius, aut malum, quod non fecimus, objicit, aut bonum, quod fecisse probamur, in contrarium vertit.* Cassiodorus *in Ps. 117.* *Calumnia* (ait) *est commentum aliquod periculosæ falsitatis objectum.* Inde calumniatores dicti, seu calumniosi, juxta Paulum *in l. 3. ff. ad Turpil.* qui improbe, & ex impostura accusatoris officio utuntur. Græce dicuntur sycophantæ; eo quod furta ficuum apud Athenienses capitalia essent, teste Festo Pompejo. Probant Franc. Polletus *lib. 4. hist. fori Romani, c. 5.* Alciatus *lib. 2. Parerg. c. 4.* & expressit Suidas *verbo Συκοφάντης*, quem latine vertit Hieron. Bolsius in hæc verba: *Si ficu arbore primum inventa, vetuisse traduut Athenienses, ne ficus exportarentur; qui autem deferebant, qui exportabant, sycophantæ quasi ficuum dicebantur, inde translatum nomen ad quosvis calumniatores.* Nec sunt aliena a proposito, quæ in Pauli Festi Epitomatie leguntur *lib. 17.* ibi: *Sycophantas appellatos hac de causa dicunt Attici quidam juvenes soliti in hortos irrumpere, ficusque diripere: quam ob causam est constitutum lege, ut qui id fecisset, capite truncaretur: quam pœnam qui persequerentur ob parvula detrimenta, sycophantæ appellati.* Prosequuntur Budeus *ad Pandect.* Rhodiginus *lib. 18. antiquar. lect. c. 9.* Demsterus *ad Rosinum lib. 9.* licet aliam hujus voci originem adducat Athenæus *l. 3. dipnosoph. c. 3.* P. Faber *l. 1. semestr. pag. 25. & 163.* Lipsius *in orat. de calumnia*, Covar. *lib. 2. var. c. 9. n. 1.* Pet. Greg. *lib. 31. syntag. c. 4.* Alfaro *de offic. fisc. glos. 17.* Calumnia ergo proprie consistit in impostura: quare non sufficit ad calumniam, ut alicui quomodocumque tribuatur falsum probrum, sed necesse est intervenire malitiam tribuentis. Unde si per errorem, aut hallucinationem contingat falsum crimen trahi noxio, non inde vera dabitur calumnia, ut probat Raynaud. *d. sect. 1. c. 1.* qui in sequentibus malignitatem hujus sceleris late probat: quod argumentum luculenter tractavit C. I. V. Justus Lipsius *cent. 3. ep. ad Belg.* in oratione de calumnia: & Lauco Tyran- 3 *Calumnia quid?*

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

nas Ponticus apud Athenæum lib. 6. c. 6. cum hominem quemdam calumniatorem vidisset; Intermiseris te (inquit) per Deos, nisi vivunt multi hominibus calumniator.

8 De pœnis calumniatorum. Deinde sciendum est, calumniatores variis pœnis, tam jure civili diversarum gentium, quam sacris Ecclesiæ canonibus puniri. Charundas apud Diod. lib. 12. calumniatorem myrica coronatum per urbem circumduci jubet. Vide Lucianum in dialogo de non temere credendo calumniæ. Jure civili Romanorum ex edicto Prætoris infamiam incurrunt, l. non prius 7. l. ult. C. de calumn. l. 1. ff. de his qui not. inf. non tamen ipso jure notatur calumniator, sed ita si calumniæ causa damnatus sit, l. 4. §. calumniator, ff. de his qui not. inf. idcirco verba judicis diligenter attendenda sunt: si dixerit Ἐσυκοφάντησας, idest calumniatus est, intelligitur notasse: quod si dixerit, non probasti, non notatur. Nec enim qui non probat quod intendit, illico calumniator intelligitur, sed qui dolo malo falsum crimen objicit, l. 1. §. sed non utique, & §. sequenti, ff. ad Turpil. l. fin. 16. ff. ex quibus causis inf. irrog. l. 3. C. de calumn. Cic. pro Roscio: Inventum est quispiam, suspicione tamen non caret: si qui hunc accusat, possim aliquo modo ignoscere. Cum autem aliquid habent, quod possit criminose, ac suspiciose dicere, aperte indicent, & calumniari sciens non videatur. Et mox: Vos autem maxime debetis ea esse imposturam facere, qui accusatur. Deinde si natalis, quantum, cum veritimile erit, aliquem commisisse, in suspicione latratote: id quoque concedi potest. Sin autem sic agitis, ut arguatis quidem aliquem patrem occidisse, possitis: aut quare, aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione latrabitis: crura quidem vobis nemo suffringet, &c. Hactenus Cic. Idem judicandum de hac formula: Lucius Titius temere accusasse videtur. Temeritas enim facilitatis veniam continet, & ob id nulla pœnam Titius subiit, l. 1. §. quæri, ff. ad S.C. Turpil. Quid autem si judex ita pronunciaverit: Callide commentio videris accusationis instigator fuisse. An tamquam calumniatorem notasse videatur? Papinianus in l. ob hæc verba 20. ff. de his qui not. inf. respondit ob hæc verba pudorem potius onerari, quam ignominiam irrogari: nec enim mandatorem esse eum, cui exhortatur. At contra Marc. in l. 1. §. initio, ff. ad S.C. Turpil. decet hunc quoque, qui instigavit ad accusandum, calumniæ pœna teneri. Pro hujus antinomiæ solutione Ant. Matthæus de criminibus, ad lib. 48. Pandect. tit. 18. c. 3. ait, verbis quidem SC. non teneri eum qui instigavit, sed ex mente & sententia teneri, quia SC. de mandatore loquitur, & qui instigat, non est proprie mandator; sed quia non longe a mandatore abest, eum sententia SC. teneri. Sed aliter ea jura componit Ojuel. lib. 18. Observ. c. 8. lit. X. discrimen constituendo inter sententiam definitivam, & interlocutoriam. Etiam ante SC. Turpilianum fuit constituta pœna Talionis, quam ad l. 12. Tabularum refert Polletus lib. 4. hist. fori, c. 5. & postea idem cautum fuit lege Rhemia, seu ut alii volunt, Memmia: quæ pœna exoleverat temporibus Imperatoris Augusti; quare inter alia ipsius Principis præclara gesta recensetur a Svetonio, quod diuturnorum reorum nomina aboleverit conditione proposita, ut si quis quem repetere vellet, par periculum pœnæ subiret: & postea per SC. Turpilianum instaurata ea pœna fuit, & tandem Imperatores Hon. & Theod. in l. ult. C. h. t. ita sanxerunt: Quisquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Extat in c. quisquis, 2. q. 8. Quæ pœna talionis divino jure positivo statuta fuerat, c. 19. Deut. ibi: Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prævaricationis, stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum, & judicum, qui fuerint in diebus illis: cumque diligentissime perscrutantes invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit; & auferes malum de medio tui, ut audientes cæteri, timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere: non misereberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Hæc est pœna talionis, quæ scilicet tale rependitur, quale illatum est, vel inferendum fuit calumniam passo. Arist. lib. 5. Ethicorum, c. 5. appellat pœnam hanc Ἀντιπεπονθός. Probant pœnæ hujus justitiam Sotus lib. 5. de justitia, q. 5. art. 4. Lælius Manc. de triplici juris cultur. lib. 1. c. 129. & cent. 3. c. 143. Demsterus ad Rosinum lib. 9. fol. 940. Hodie tamen, generali consuetudine pœnam hanc talionis exolevisse ex ratione per nos adducta in c. super his, de accusat. testantur Farinac. in praxi, q. 16. n. 3. Jul. Clarus §. fin. q. 81. n. 3. Theophil. de calumn. sect. 1. c. 4.

9 De pœna legis Rhemiæ. In eadem etiam lege Rhemia statuta fuit pœna inustionis frontis, inscripta litteram K. quæ est prima calumniatoris. Cicero pro Roscio: Sed tamen Erucii quæstus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem, & legem Memmiam putares aliquid valere oportere. Et mox: Crura quidem vobis nemo suffringet: sed si ego hoc bene novi, litteram illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam pax omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras, accusare possitis. Eodem spectat Papinian. in l. quæsitum 13. ff. de testibus, dum hominem calumniæ damnatum, opponit homini integræ frontis. Illustrant Theoph. Raynaud. in tr. de stigmatismo, sect. 2. c. 3. Cujac. ad Digesta, in l. is cui, ff. qui testamenta, Pet. Pitheus in collat. legum Mosaic. tit. 4. §. sive calumniam, Forn. lib. 6. rer. quot. c. 29. Et licet Cassiod. in Ps. 71. hoc accipiat de nuda condemnatione, quia apud antiquos litteram K. judices apponere solebant in signum condemnationis: hæc tamen sententia sustineri non potest, quia ea damnandi nota communis erat omnibus condemnationibus, ut videre est apud Polletum, Sigonium, & alios de judiciis agentes. Ex quibus Hermannus Hugo lib. De prima scribendi origine, c. 22. quod est de notis judiciariis, ad K. ait: Calumniatorum fronti affixam, erat peculiare eorum supplicium, qua frontes eorum ferro candenti forma litteræ K. inurebantur. Duplex KK. in tertio sanctum volunt Petrus Diaconus de notis, & Aldus Manutius libello ejusdem argumenti, ita exponentes illud KK. vel K. C. ut loner, calumniæ causa. Olim quippe vox calumnia exarabatur per K. probavit Lipsius lib. 2. electorum, c. 15. Pithœus ubi supra fol. 145. Primarius noster Magister Correa in orthograph. Castel. Etiam aliquando apud Romanos calumniator dejiciebatur, e saxo Tarpejo, ut refert Gellius lib. 20. noctium, c. 1. & in exilium mittebatur, ut constat ex Tacito lib. 3. annal. l. 3. §. idem Divus, ff. de testibus. Justinianus nov. 6. eum qui electum Episcopum cujuslibet criminis insimulavit, pelli jubet a societate fidelium. & in nov. 123. c. 3. & 137. c. 3. jubet eum, qui falsi criminis Episcopum reum egit, a provincia exulare, in qua commorabatur. Etiam extraordinaria pœna puniri in l. 27. §. si libet 5. ff. ad l. Jul. de adult. Apud Græcos usitatam fuisse talionis pœnam constat ex Diodoro lib. 4. & apud Wisigothos eamdem talionis pœnam statutam fuisse, apparet ex l. 5. tit. de judiciis fori, lib. 7. legum Wisigoth. notavit Greg. Lopez in l. 1. tit. 1. p. 7. l. 27. & fin. tit. 17. p. 3. Alias diversarum gentium pœnas circa calumniatores refert Theoph. Raynaud. de calumn. sect. 1. c. 4. Hæc autem procedunt in calumnia in delictis publicis admissa; nam in privatis aliud observatur, quia qui in illis calumniatur, violat jusjurandum, quod concepit de calumnia, solvitque impensas litis, & nonnumquam infamis fit, cum olim veteri de calumnia actione in partem decimam litis actor mulctaretur, §. hoc autem, Instit. de pœna temere: notavi in tit. de juram. calumn.

Ut ad Ecclesiæ leges perveniamus sciendum est, Ecclesiæ Patres non mitius in calumniatores insurrexisse, nam eos infamia notatos declararunt; beneficio, officioque, si quod habebant privarunt; exilio, verberibusque afficiendos esse sanxerunt in c. qui in alterius, c. quidam maligni, 23. q. 4. c. deteriora 6. q. 1. c. Episcopum, eod. q. Pœnam talionis sanxerunt, in c. qui crimen, 2. q. 8. c. calumniator 2. q. 3. c. 31. q. 8. Communione etiam privantur: Et si Episcopos, aut clericos falso accusaverint, nec in fine illis conceditur communio. Conc. Illiber. can. 75. ibi: Si quis Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. Licet postea mitius cum eis actum sit, communione in fine concessa. Conc. Arel. 1. can. 14. ibi: Qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum non communicent. Arelat. 2. can. 24. Hoc qui falsa fratribus capitalia objecisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, sicut magna Synodus ante constituit. Notavi in c. 75. Conc. Illiber. Hadrianus Pontifex in c. delatori 5. q. 6. linguam capulandam esse calumniatori sanxit: quæ constitutio etiam refertur lib. 7. c. tit. 277. & ab Hincm. Rhem. lib. contra Hincmarum Laudun. de sententiis Engeltrammo Metensi Episcopo datis, his verbis: Quam diversa a sanctis canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab Ecclesiasticis judiciis habeantur, ut his quoddam de pluribus pona, evidenter manifestatur. Delator, inquit, aut lingua capuletur, aut convicto caput amputetur. Capulare vero truncare est, vel excindere, ut in L. Salica, tit. 31. §. 3. Si quis pedem alterius capulaverit. Et ibi; Mancatus remanserit. ex veteri glossario Petri Pithœi notavit Bignon. ad Marculf. fol. 623. Similis fere fuit lex Constantini, qua strangulari eos, & linguam ipsis radicitus amputari jubet, l. 7. C. Theod. de pœnis. Apud Longobardos non lingua, sed nasus præcidebatur, ut refert Lindembrog. in glossario, verbo Capulare. Dixit Hadrianus capulare, quod est truncare, ut probat Lindemb. sup. Vossius de vitiis serm. lib. 4. c. 3. Pius V. sua constitutione innovavit in calumniatorem pœnam talionis, ut refert Farinac. in praxi, q. 16. n. 5. & jam a primo Ecclesiæ sæculo l. 2. const. c. 42. & 43. in calumniatores ita constituit: Vos Pastores cum Diaconis cognoscetis eum, qui proximum suum per calumniam mendacis testimonii accusavit, & ostendetis eum esse calumniatorem, invidum, importunum, suis tergiversationibus perturbantem ut malitiosum, sermone vacillantem, dictis suis contrarium, & erit sua verbis captum. Fuerunt enim ei laqueus fortis labia sua, quem ut judicantes falsitas testimonii ejus convicta fuerit, judicio rigide, & gladio ignis trade; saepe ei quod ipse proximo suo celere machinatus est. Quantum enim in eo fuit, fratrem occidit, aures judicis occupando, &c. Itaque ejicite eum ex Ecclesia tamquam fratris interfectorem. Deinde intervallo temporis, si dixerit pœnitere se, promittere eum jejunii, ut postea per manus impositionem recipite, cavente tamen illi, ne quem iterum turbet. Quod si rursus ingressus similiter seditionem, & discordiam concitarit, neque desinat turbare, & convicia facere fratri, vituperationibus & contentionibus æquitur studens, ejicite eum tamquam pestilentem, ne Ecclesiam Dei vitiet, & fœdet. Qui enim hujusmodi est, turbat conflat civitatibus: Idemque, tametsi intra Ecclesiam est, tamen quia Ecclesiam dehonorat, superfluus, & inanis est, qui quidem quantum in se est, corpus Christi scindat.

11 De hisqui in calumniatores tenentur. Deinde sciendum est, judicem reum absolventem improbe accusatum, statim cognoscere, ac pronunciare de calumnia, l. 1. C. h. t. l. inter 10. de publ. judic. statim, idest eadem die, vel sequenti, si eadem non patuerit: argumento est locus Asconii in oratione pro Marco Scauro, ibi: Cato Prætor cum vellet de accusatoribus in consilium mittere, multique e populo manus in accusatores intenderent, cessit imperitæ multitudini, ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. Etiam notandum est, non omnes accusatores in probatione deficientes, pœnis calumniæ puniri; nam tutores, curatoresque non facile illis afficiuntur, nisi evidens eorum calumnia sit, l. 1. C. de his

qui non ut indign. l. 2. C. de calumniator. explicat Gothofr. in l. 2. C. Theodos. eod. t. l. 14. §. si libertus, de bonis libert. l. 22. de his qui ut indig. Similiter eos, qui prosequuntur necem liberorum, & parentum, pœna calumniæ non teneri, statuitur in l. 1. C. h. t. l. ult. ff. de publ. judic. & in l. 2. C. h. t. docetur, non teneri extraneum hæredem, quia aliquem jussu testatoris veneficii accusavit; & fœminis, suam, suorumve injuriam persequentibus, & omnibus illis, quibus inscriptionis necessitas remittitur, quam retuli in c. super his, de accusat. calumniæ pœna remittitur. Etiam maritus, qui intra dies 60. jure mariti uxorem accusat de adulterio, nisi ob evidentem calumniam, non tenetur calumniæ pœnis, l. si cujus 14. §. ult. ff. ad l. Jul. de adult. l. 6. & 30. C. eod. l. auxilium 37. §. 1. de minoribus. Pater autem accusando adulterium filiæ ex calumnia, damnatur, l. pater 30. ff. eod. t. quia talis accusatio odiosa est, cum per eam matrimonia fœdari videantur, l. quamvis 30. C. eod. t. de adult. Item fiscus a calumniæ pœna immunis est, cum ex quadam necessitate accuset, nisi cum evidenti calumnia agat, l. pen. C. de advoc. fisci, l. 5. l. universi 9. C. ubi causæ fiscales. Svet. in Domitiano, ubi: Fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit. Similiter etiam delatores ex officio, ut curiosi, & stationarii, non puniuntur, nisi ob evidentem calumniam, l. ex quidem, C. de accus. l. 1. C. de curiosis, l. 10. l. 6. §. nunciatores, ff. ad Turpil. l. Divus 6. ff. de cust. reorum. Probat Amaya ad t. de delatoribus, l. 10. & plura de curiosis congesserant Pet. Greg. lib. 47. syntag. c. 38. n. 9. Cujac. ad t. de irenarchis, & l. C. quæ res pignori, & in l. 9. C. de jure fisci, & lib. 1. obs. c. 33. Revard. lib. 4. var. c. 11. Pancir. in notit. Imper. Orient. c. 47. & Occid. c. 18. & lib. 2. var. c. 26. Bullenger. lib. 7. de imp. Rom. c. 22. Bobadilla lib. 2. polit. c. 13. n. 62. & c. 21. n. 10. alias causas, ob quas calumniator excusatur a calumniæ pœnis, refert Menochius lib. 2. de arbitrar. cent. 4.

12 Traditur ratio decidendi. His suppositis jam apparet ratio præsentis decisionis; nam cum calumnia adeo sit grave scelus, ut peccatum diabolicum appellet S. Athanasius in apol. ad Constantium, ubi: Calumniari est uti diaboli moribus. Origenes hom. 3. in Exod. quia ait, falsis detractionibus, & testimoniis, ac calumniis gravantes proximum, os apertum a diabolo habere: Cyrillus monachus in actis S. Sabæ, D. Chrys. hom. 79. in Matthæum: cujus nomenclaturæ rationem assignat & illustrat Theophil. Raynaud. de calumnia q. 1. & D. Athanas. in 4. apol. de fuga, quam infert calumniatori, ait: Qui lapide feritur, quærit medicum; illos autem calumnia gravius quam lapidibus feriunt. Est enim calumnia clava, & gladius & jaculum inozabile, ut dixit Salomon; & si in personam Deo sacratam inferatur, gravior calumnia est ut supra probavi: inde cum in præsenti Hilarius falso, & ex calumnia accusasset Joannem Diaconum, juste Gregorius decrevit, ut ipse officio Subdiaconi, quo fungebatur, a proprio Episcopo suspenderetur, verberibusque afficeretur, ac in exilium mitteretur, ut ita alii a simili calumnia terrerentur, ne fratres Ecclesiæ æque ministros falso accusent; nam ut ajebat Aristot. lib. 6. Polit. c. 5. in bene instituta Republica graviter calumniatores sunt puniendi, quoniam non populares in judicium vocare consueverunt, sed nobiles.

13 Dissolvitur dubitandi ratio. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta ex d. l. 1. ff. de jurejur. nam quod ex ea expendebamus, procedit in juramento decisorio parti a parte delato; nam tunc postquam delatum est, nihil quæritur, nisi an juratum sit: at vero in juramento ab actore, vel reo prolato, sine ulla delatione adhuc superest cognitio causæ principalis, d. l. 3. in princ. & propter calumniam, tam in civili, quam criminali judicio, pœna, ut probavi in c. 1. de jur. calumn. & ita hac pœna calumniæ, non liberari accusatorem, etiamsi tempore accusationis propositæ juret de calumnia, docuerunt Jul. Clarus d. §. fin. q. 61. Salcedo in praxi, c. 5. Marilla de jurisd. p. 1. q. 58. Nec obstat, quod de pœna talionis adducebamus, cui difficultati ut satisfaciant Ant. & Abbas in præsenti, quos sequitur Bernard. Diaz in praxi, c. 65. affirmant, quod in præsenti casu pœna imponenda Joanni Diacono, si crimen probatum esset, non erat proportionata Hilario Subdiacono, ideoque diversam pœnam a S. Greg. impositam fuisse: sed cum non constet, quænam pœna in præsenti casu imponenda esset Joanni, certo deduci non potest, an eadem pœna imponi possit Joanni Subdiacono; quare verius credo, quod licet pœna talionis in calumniatorem utroque jure imposita reperiatur, ea locum habet in delictis ordinarie puniendis, non vero extraordinarie; unde cum in præsenti non fuisset certa pœna imposita pro delicto, quo accusabatur Joannes Diaconus, & ipse esset in sacris ordinibus constitutus, ideo tam acerbis pœnis plectitur calumniator. Nec obstat primum augmentum ipsius difficultatis, pro cujus partis solutione dicendum est, quod licet illa fustium, & verberum differentia jure civili Romanorum agnosceretur, usitataque esset, ut probavi in can. 4. Conc. Illib. in jure tamen canonico nullum discrimen versatur inter flagella, & verbera: quare promiscue in sacris canonibus rei jubentur fustibus cædi, & verberibus affici in c. cum Beatus, 45. dist. c. nullus clericus 11. q. 3. c. quidam 5. q. 1. c. quia isthæc 5. q. 6. c. hi a quibus 23. q. ult. c. in Archiepiscopatu, de raptor. & Gennad. Patriarcha CP. delatum ei ob scelera Charisium permisit etiam paterna, & Ecclesiastica censura flagellari. Nicephor. lib. 15. hist. Eccl. c. 23. Sophr. in prato spir. c. 145. Similia de Prehamo Cantuariensi Archiepiscopo refert Nicolaus Aasperfel. hist. Angliæ ad sæculum decimum tertium, c. 23. & ita in præsenti casu Subdiaconum verberibus affici jubet Gregorius juxta mentem sacrorum canonum, secundum quam nullum datur discrimen inter flagella, verbera, loras, & fustium cæsionem. Nec obstat, quod ex hac pœna infamia incurritur; nam cum ex ipso calumniæ delicto infamia contrahatur, ut probavi, non injuste Gregorius Subdiaconum in hoc casu ut infamem verberibus afficiendum esse docuit. Nec obstat alia pars ipsius augmenti, videlicet pœnam hanc sanguinem effundere, ut constat ex lib. 2. feudor. tit. 27. §. si quis aliquem: quare Horatius horribile flagellum vocavit, inquiens:

Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Et Virgilius sanguineum dixit lib. 8. Æneid.

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

Item Juvenalis satyr. 6.

—— Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.

Et in sacra pagina Ecclesiastici c. 28. ibi: Flagelli plaga livorem facit. Nam licet Ecclesia olim uteretur flagris, flagellisve pro emendandis peccatoribus, ut constat ex juribus proxime adductis, & ex Conc. Matisc. 2. c. 1. ubi jubetur rusticum, vel servum, qui diem Dominicam violarit, gravioribus fustium ictibus verberari, Conc. Aquisgr. can. 134. c. super eo, de sent. excom. c. universitatis, eod. t. in 6. Conc. Narbon. sub Recaredo, can. 12. ibi: Presbyteri increpentur, ut resideant, Diaconi & Subdiaconi, & stipendio priventur; reliqui flagris corrigendi. Conc. Agath. Præside Cæsario, can. 38. ibi: Clericum, aut monachum sine commendatitiis vagum, si verborum increpatione non emendatur, etiam verberibus statuimus coerceri. Turon. 2. can. 20. ibi: Qui ex septem Diaconis, sectoribus, aut laicis ad Archipresbyterum observandum venerit, si septimanam cum eo facere distulerit, flagellatur. Synodus Francica sub Bonif. V. Clericus, vel monachus in fornicationem lapsus, post tertiam verberationem in carcerem missus, ibi pœnitentiam agat. Carnotensis p. 14. Decret. c. 135. Tamen semper curarunt Ecclesiæ Patres, ne flagellatio ad sanguinis effusionem perveniret: quare pro una vice triginta novem ictus tantum præscripserunt. Conc. Matisc. 1. can. 8. ubi jubetur, ut clericus junior, qui alterum clericum ad judicem sæcularem traxerit, uno minus de quadraginta, ictus accipiat. Refertur in c. nullus 6. 11. q. 1. & in 1. collect. sub tit. de foro compet. c. 4. D. Cyprian. in vita S. Cæsarii, apud Surium die 27. Augusti, ait illum numquam hunc numerum excessisse, sed potius ut iterum reus vapularet, permittebat, ibi: Solebat vir sanctus id accurate observare, ut nemo ex illis, qui ipsi parebant, si pro culpa sua flagellandi essent, amplius triginta novem ictibus ferirentur; ita tamen, ut si quis in gravi culpa esset deprehensus, permitteret ut post dies paucos vapularet iterum. In regula S. Aureliani c. 41. pro qualibet culpa, si necesse est flagelli accipere disciplinam, numquam numerus legitimus excedatur, idest triginta, & novem. Quo sensu accipiunt aliqui, quod habetur in Pœnit. S. Columbani, ubi quinquaginta, & centum, imo & ducentæ plagæ imperantur; non enim simul, & semel infligebantur, sed iteratis vicibus, quem numerum ictuum acceperunt Patres a lege veteri, in qua cavebatur Deuter. c. 25. ita: Pro mensura peccati erit, & plagarum modus, ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Et D. Paulus 2. ad Cor. c. 11. inquit: A Judæis quinquies quadragenas una minus accepi. Illustrant Novar. lib. 1. schediasm. c. 21. Menard. ad concord. c. 30. §. 5. Judæi enim veriti, ne si quadragenarium numerum complerent, oblivione forsan, vel impetu animi quandoque excederent, in more habebant non nisi triginta novem ictus infligere, teste Josepho l. 4. antiquit. c. 8. Oleastro in d. c. 25. Deuteron. ibi: Solent autem Hebræi ex ratione triginta novem verbera incutere, ne forte excederent non. Unde Apostolus se accepisse gloriatur quinquies quadragenas una minus. Rationem hujus legis expresserunt S. Chrys. hom. 25. in ep. 2. ad Cor. per hæc verba: Quare una minus prisca lege sanctum erat, ut si quis plus quam quadraginta verberum ictus accepisset, infamis apud ipsos esset, itaque ne verberantis impetu hunc numerum in infligenda pœna excederet, ignominia notam reo inferret, præscriptum est ab illis, ut ei qui vapularet, undequadraginta tantum plagæ inferrentur. Theodoretus q. 30. in c. 25. Deuter. Quare cum Deus præceperit delinquentem vapulare quadragenas plagas, Judæi una minus inferunt, quia major numerus vapulantem infamat: si exciderint cum pluribus, deformis abibit frater tuus in conspectu tuo. In eo transgressi legem permittunt, ut excedere observantes numerum, etiam potentes vapulantem infamant pluribus plagis illatis. Quare Ecclesia illum morem retinuit, ne ad sanguinis effusionem perveniretur. Unde juxta hunc morem accipienda est pœna verberum imposita a Gregorio in præsenti. E contra idem Greg. lib. 2. ep. 52. succensuit Episcopo Constantinopolitano ob monachum in Ecclesia CP. fustibus cæsum. Et ep. 83. Andream Tarent. Episcopum ab administratione sacrorum per duos menses suspendit, quod mulierem cædi fustibus jussisset crudeliter. Illud tamen observandum est, etiam in casibus a jure permissis clericos non esse verberandos propria manu ab Episcopo, ut cautum fuit in c. 27. Ap. Synod. Nic. 2. can. 3. Conc. Agath. relato in c. non licuit, 86. dist. a D. Greg. in c. quid autem, cum seq. 45. dist. Justiniano Nov. 123. ibi: Propriis aliquem manibus verberare Episcopo non licere; hoc enim a sacerdotibus alienum est. Julian. Patric. nov. 115. c. 42. Photius in nomocan. tit. 6. c. 16. Savarus ad Sidon. lib. 3. ep. 13.

14 De pœna exilii. Nec obstat ultima difficultas, pro cujus solutione sciendum est, Ecclesiæ, ecclesiasticisque judicibus competere facultatem relegandi, ita ut cum per excommunicationem, ac alias pœnas Ecclesiasticas rei criminosi emendari nequeunt, in exilium mittantur, ut discrete probatur in c. in Synodo 23. dist. 63. c. attendendum 13. 17. q. 4. ibi: Aut ex illo perpetua deportationis serventur, & c. accedens, 50. dist. c. hi qui 3. q. 4. ibi: Et exilio digni judicentur Sacrino, & c. cum beatus 45. ibi: Et exilio

[illegible] &c. ad audientiam, de crimine falsi, c. pen. de pœnis, Conc. Tolet. 12. *can.* 11. *ibi: Quod si ingenuorum personæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis sententia feriantur, & arctiori exilio ulciscantur.* Conc. Aurel. 4. *can.* 29. *ibi: Si quæ mulieres fuerint in adulterio cum Clericis deprehensæ, de Clericis [illegible] habita, mulieres ipsæ, prout sacerdoti visum fuerit, districtioni subjaceant, & a civitatibus, ut [illegible], repellantur.* Greg. *in Pœnit. c.* 11. Docuerunt plures congesti a Barb. *de pot. Episc. p.* 1. *tit.* 4. etsi urgeat Rousell. *lib.* 4. *hist. Pont. c.* 7. *n.* 5. Pet. Greg. *lib.* 4. *partit. tit.* 15. *c.* 4. quia pœna capitalis duplex est, una sanguinis, quæ mortem ingerit, *l.* 3. *ff. de pœnis*; altera sine sanguine, ut est deportatio: & ita cum non sit corporalis hæc pœna, ut expresse docetur *in c. ad audientiam, de crim. falsi*, & probat D. Nicol. Ant. *lib.* 2. *de exiliis, c.* 31. *n.* 7. potest a judice Ecclesiastico infligi. Baron. *anno* 263. *n.* 29. Chopin. *lib.* 3. *de sacra polit. tit.* 2. *n.* 12. Circa effectus vero ipsius pœnæ notandum est, Pontificem posse a tota sua ditione relegare, & in terris Ecclesiæ subjectis quoad temporalia, omnibus juribus regni, & civitatis exules privare. Similiter Archiepiscopi a tota sua provincia, & subditos Suffraganeorum suorum punire valent, juxta tradita *in c. postulastis, de offic. ord.* Episcopi a sua Diœcesi, *ex d. c.* 29. *Conc. Aurel.* non autem regno integro possunt relegare, nec jura civitatis, seu natalium regni illis adimere, quia sæcularia sunt; nisi implorato auxilio brachii sæcularis; quia tunc ipse judex sæcularis videtur sententiam proferre, ipsumque reum in exilium mittere, *c. de Ligoribus* 42. 15. *q.* 5. *c. si quis* 17. *cum seq.* 18. *q.* 1. *c. ne liceat*, 17. *dist.* ideoque ut exilium perfectum sit, *in d. c.* 2. *de clerico excom.* jubetur, ut ad requisitionem Ecclesiæ Judex sæcularis decernat exilium: & in Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 8. de concubinariis contumacibus cavetur, ut ita graviter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim, si eisdem Ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio sæculari ejiciantur. Latius prosequitur D. Nicolaus Ant. *d. lib.* 2. *c.* 32. Unde exilium, de quo in præsenti, perfectum quoad omnes effectus fuit; siquidem per Anthemium judicem Ecclesiæ Romanæ in Campania, ubi temporalem Pontifex exercebat jurisdictionem, sub Gregorio Magno inflictum fuit: quare Hilarius omnino quoad jura regni, seu natalium Provinciæ Campaniæ exul haberi debebat.

15 Sed supra tradita obstat can. 9. Conc. Constant. 1. in illis verbis: *Cum Apostolicus canon Sacerdotes, qui verberare aggrediuntur vel fideles, qui peccaverint, vel infideles, qui injuriam fecerint, depositioni subjiciat, ii qui sua ira moderi [illegible], & Apostolicas constitutiones decernunt, [illegible], qui sua manu verberant, [illegible] quod significant, nec [illegible] intelligere permittentes: est enim revera impium, & valde [illegible], ut qui sua [illegible] manu ter, vel quater percusserint, deponantur: data autem facultate jussu verberandi, eum qui immaniter, & usque ad mortem supplicium inflicturus est, impune id ferre negligi: quocirca canonis ipsum verberantem [illegible], nos quoque simul ut sic decernimus. Oportet enim Dei sacerdotem docere, & admonitionibus, nonnunquam autem & potius canonicis [illegible], qui se immodeste, & insolenter gerit, instituere; sed non flagellis, & verberibus in hominum corpora insultare. Si qui autem suos mores emendare non [illegible], & pœnam correctionis non [illegible], ex* per correctionem ad eos loci Magistratus nemo castigari prohibet. *Antiochena enim Synodi canon [illegible], qui tumultus ciere [illegible], & seditiones in Ecclesia introducunt, per manum externam [illegible] aperte [illegible].* Ex quibus expresse deducitur, non licere judici Ecclesiastico manu propria, nec per alium quemquam verberare; ergo non recte in præsenti jubet Gregorius calumniatorem verberibus affici. Pro cujus canonis expositione sciendum est, dubium esse, an Sacerdotes, cæterique ministri sacris ordinibus initiati propter graviora delicta verberibus affici possint publice, ad vocem, fastidiumque præconis, juxta veterem, hodiernumque ritum, de quo *in l. fustibus cæsum, Codice ex quibus causis infam. irrog. l. si duo* 13. *§. si quis, ff. de jurejur.* Horatius Epod. *od.* 4. *ibi:*

Sectus flagellis hic triumviralibus
Præconis ad fastidium.

Junctis congestis a Cujac. *lib.* 8. *obs. c.* 7. Gothofr. *in d. l. fustibus*, Langleo *lib.* 12. *semestr. c.* 1. Et dicendum est, sacerdotes, sacrosque Ecclesiæ ministros privatis verberibus pœnas delictorum suorum luisse, præcipue in Ecclesiis Canonicorum Regularium, ut hodie in monasteriis observatur & probat Gibal. *de clausur. reg. disq.* 2. *c.* 4. *n.* 61. tamen sacris ordinibus fulgentes, quemadmodum propter honoris fastigium quocumque demum scelere adstringerentur, publicæ, & solemni pœnitentiæ mancipari nequibant; ita nisi degradati publice flagellis, aut verberibus cædi non poterant: quis enim ferret, ut qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus (ut aiebat D. Hieron. ad Heliodorum) qui claves Regni cœlorum habentes, quodam modo ante diem judicii judicant, qui sponsam Domini sobria castitate conservant, fustium ictus publice subirent, quibus humiliores personas, infimæque notæ homines tantummodo affici debere, disciplina Romanorum judicavit. Utebantur ergo Episcopi olim verberibus in laicos, clericos, & monachos male frugis; sed cum delectu: ob leviora crimina privatis fustibus cædebantur, ob graviora vero publicis, præmissa degradatione: quemadmodum & Pontifices Summi apud Romanos virgarum supplicio in Vestales virgines criminosas utebantur, ut probat Rousell. *ubi supra*, quantumvis sacratas, & sacerdotio fungentes, ut constat ex Dionysio *l.* 9. Livio *l.* 28. Nec tunc obstat textus *ind. can.* 9. qui ut ex verbis relatis constat, intelligendus est de verberatione immoderata per sacros canones improbata; non vero de illa, quæ servato juris ordine, & disciplinæ Ecclesiasticæ norma imponitur: de qua etiam injuriosa fustigatione accipiendi sunt textus in Syn. Nic. 2. *act.* 3. ubi Patres qualemcumque Episcopum verbera, aut plagas, Deum prædestim timentibus, & persecutionem patientibus infrementem, quasi persequutorem flagellationibus grassantem Episcopatu indignum censuerunt. Et D. Greg. *l.* 2. *ep.* 83. & 84. qui Andream Tarenti Episcopum, quod mulierem de matriculis contra sacerdotii, & propositi sui ordinem crudeliter fustibus cædi deputasset, ab officio suspendit. Poterit ergo Episcopus in subditum nequam pœnam verborum exercere; at vero verbera injuriosa ad mortem tendentia, vel ad sanguinis enormem effusionem, neque per se, neque per alium Episcopus, aut Judex Ecclesiasticus infligere valet, ut probat Bobadilla *lib.* 2. *polit. c.* 13. *n.* 29. Rousell. *lib.* 4.

CAPUT II.

a Innoc. III. b *Zamorensi*, c *Segoviensi*, & d *Abulensi Episcopis*.

CUm dil. fil. Magister Schol. *e* Palentinus ad Sed. Ap. accessisset, & nobis de ven. f. n. quondam Episcopo *f* Legion. nunc Archiepiscopo Compostellano, excessus varios nunciasset, dil. fil. de *g* Vallebona, & de *h* Matiplana Abbatibus Placentin. Diœces. examinationem commisimus excessuum objectorum. *Et infra:* Cum autem processum negotii, & dicta testium examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus, probatum esse sufficienter aliquid de prædictis, eundem Episcopum de consilio fratrum n. absolvendum decrevimus ab objectis per A. S. m. quar. memoratum Magistrum Schol. donec canonice suam *i* purgaverit innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad hujusmodi crimina proponenda processit, ab officio, & beneficio suspendatis, ut cæteri simili pœna perterriti, ad infamiam suorum facile non prosiliant *k* Prælatorum.

NOTÆ.

1 a *Innocent.*) Ita legitur in 3. collect. *sub h. t. de accusat. c.* 7. ex quo textum transcribo; sed legendum est, ut habetur in hac 6. collect. *Zamorensi, Segoviensi, & Abulensi Episcopis*; nec est cur textus hic tribuatur Hon. III. ut aliqui voluerunt, cum non reperiatur in ejus 5. compilatione, & extat in 3. collectione epistolarum Innocentii III.

2 b *Zamorensi.*) D. Petro videlicet, qui his prioribus annis Innocentii III. floruit: de qua diœcesi egi *in c.* 5. *de supplenda neglig.*

3 c *Segoviensi.*) D. Petro videlicet, qui etiam a suis clericis fuit falso accusatus, ut refert Ægidius Gonzalez *in theatro ipsius Ecclesiæ, in ejus vita.* De hac Ecclesia egi *in c.* 6. *de in integr. restit.*

4 d *Abulensi.*) Benedicto I. hujus nominis. De hac diœcesi egi *in d. c.* 5. *de supplenda neglig.*

5 e *Palentinæ*) D. Alderico videlicet, qui floruit in Ecclesia eximiis virtutibus præditus usque ad annos 1208. adeoque sanctimonia claruit, ut in ipsa Ecclesia reverenter serventur sandalia ipsius, cum hoc titulo: *Sandalia S. Alderici*, ut refert Ægidius Gonzalez *in theatro ipsius Ecclesiæ.* De ea Ecclesia egi *in c.* 6. *de integrum restitut.*

f *Legion.*) D. Petro Munniz, qui postea fuit Compostellanus Præsul, ut in hist. ipsius Ecclesiæ Compostel. refert Ægidius Gonzalez *fol.* 93. De ea Ecclesia egi *in c.* 6. *de in integrum restit.*

6 g *Vallebona.*) Vallisbonæ, vulgo *Valbuena*, monasterium est Ordinis Cisterciensis in diœcesi Palentina, sexto lapide ab Urbe Vallis Oleti, quam fundavit Comitissa Stephania, sub cura Episcopi Palentini: ejus originem, & progressum refert Manrique *tom.* 1. *annal. Cisterc. anno* 1151. *c.* 11.

7 h *Matiplana.*) Legendum est *Matejana*, quod monasterium vulgo dictum Matallana, est Ordinis Cisterciensis in Diœcesi Palentina, quinto lapide a Vallis Oleto, tertio ab Emerita Augusta; vulgo *Medina de Rioseco*, constructum anno 1173. cujus historiam late refert Manrique *tom.* 3. *annal. anno* 1174. *c.* 6.

8 i *Purgaverit.*) Convincitur quis de calumnia secundum quosdam, eo ipso quod non probat quod intendit, ut doceri videtur *in c. calumniator, c. qui non probat*, 2. *q.* 3. *l.* 1. *C. de advoc. divers. judic. l.* 3. *§. idem Divus, de testibus, l.* 1. *in fine, C. de famosis libell. l. si quis ad se, C. ad l. Jul. de vi, leg. non ignotus, C. de fructibus, & lit. expens.* Sed non est ita, quia non protinus calumniari videtur, quia non probat quod intendit, unde ejus rei inquisitio fieri debet, qua mente ductus ad accusationem processit, & tunc condemnabit eum judex,

judex, vel absolvet, ex traditis proximo commentario. Quatenus autem in præsenti denunciator ob calumniam punitur, cum regulariter ipse subscribere non teneatur, expositum in c. [illegible]

k *Prælatorum.*) Ideoque licet tantummodo delator esset, punitur ob calumniam. Fecit Theodoricus Rex apud Cassiod. *lib.* 1. *variar. ep.* 9. *ibi: Tanta est [illegible], ubi [illegible] sub æquitate regnamus: [illegible], & qui [illegible]; [illegible] ratione [illegible] (qui [illegible]) atque [illegible], quod Beatitudini vestræ gravissimum esse [illegible], præsente [illegible], Augustanæ civitatis Episcopum [illegible]: quæ a nobis [illegible] Episcopum [illegible]; nihil enim in tali [illegible] præsumendum est, [illegible]. Manifesta [illegible], quidquid autem ex [illegible]. Volumus enim [illegible] suum [illegible]. Sed quoniam [illegible] Clericorum [illegible] ad Sanctitatis vestræ judicium [illegible], [illegible] est & æquitati [illegible], [illegible] traditionum Ecclesiasticarum [illegible].*

TITULUS III.

De Simonia, & ne aliquid pro spirituali exigatur, vel promittatur.

CAPUT PRIMUM.

a Gregorius *Generali Synodo præsidens.*

ANtiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex *b* datione pallii, neque *c* ex traditione chartarum, nec ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione *d* pastelli. Quia enim ordinando Episcopo *e* Pontifex manum imponit, Evangelium vero lectionem minister legit, confirmationis autem ejus epistolam *f* notarius scribit, sicut Pontificem non decet, manum quam imponit, vendere: ita minister, vel notarius non debet in ordinatione ejus vocem suam, vel calamum venundare. Pro ordinatione vero, vel pallio, seu chartis, atque pastello, eundem qui ordinandus, vel ordinatus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus, si quis hinc aliquid commodi appellatione exigere, vel deferre forte præsumpserit, in districto Dei omnipotentis examine reatui subjacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus post acceptas chartas, & *g* pallium aliquid cuilibet ex Clero gratiæ tantummodo causa dare voluerit, hoc accipi e nullo modo prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

NOTÆ.

1 a *Gregorius.*) Ita etiam legitur in 1. collect. *sub h. t. c.* 1. Grat. *in c.* 3. 1. *q.* 1. tribuit textum hunc Urbano. Hallier. *de sacris elect. sect.* 7. *art.* 7. §. 1. ait deductum esse ex Synodo Romana celebrata a Gregorio VII. sed verus auctor hujus textus est Gregorius Magnus in Synodo Romana, anno 5. Pontificatus ipsius celebrata, tempore Mauricii, Tiberii, & Theodosii Imperatorum, ubi *can.* 5. reperitur textus hic prout eum transcribo ex ipso Conc. Etiam reperitur inter opera ipsius Greg. *lib.* 4. *ep.* 44. occasionemque hujus canonis ita narrat Joann. Diaconus *in vita S. Gregorii, lib.* 3. *c.* 5. *Cum vero quosdam [illegible] ad [illegible] Ecclesiæ [illegible] pallii [illegible], & [illegible] contingere, [illegible] Doctor Gregorius sententiam, quam in præsentia sui Pontificum [illegible] Synodo promulgaverat, [illegible], dicens: [illegible], &c.* Hæc prior Gregorio constitutio extat *lib.* 4. *Regist. ep.* 55. & *in c.* 3. 100. *dist.* & inter eam variis Prælatis scripsit idem Greg. *lib.* 4. *ep.* 51. 53. 55. & 56. *lib.* 5. *ep.* 1. *lib.* 7. *c.* 5. 113. 114. *lib.* 9. *ep.* 40. 51. 53. 54. *lib.* 11. *ep.* 46.

2 b *Datione pallii.*) Idem Gregorius *lib.* 4. *ep.* 55. *ad Joannem Episcopum Corinthiorum*, relatus *in c. nemo*, 100. *dist.* expresse prohibet aliquid accipere pro pallio: notavit Goquæus *in notationibus, p.* 2. *ad jus.* 31. *fol.* 114. Unde cum S. Bonifacius in Conc. Liptinensi celebrato anno 743. falso nuncio accepisset, quod pro palliis concedendis duobus Archiepiscopis Germaniæ pecuniam Zacharias Pontifex accepisset, statim literis suis ipsum Pontificem redarguit Simoniacæ labis: sed ei mitissime respondens Zacharias *ep.* 8. asserit, nihil tale se cogitasse, cum nec etiam pro ipsis rescriptis, ac diplomatibus, quæ ab ejus scrinio procederent, consuevisset aliquid exigi, quin potius anathematizasse se omnes, quicumque ausi essent donum Spiritus sancti vendere. Refert Baron. *d. ann.* 743. Leo II. sedens anno 682. constitutionem edidit, quam Anastasius scribit Archivio inclusam esse, ut qui ordinatus esset Archiepiscopus, nihil pro usu pallii persolveret. Alia tradit Rousell. *lib.* 5. *hist. Pont. jurisd. c.* 3.

3 c *Traditione chartarum.*) Idest pro expeditione litterarum ordinationis, quas Presbyteri a suis ordinatoribus accipiebant, juxta Conc. Afric. *c.* 89. *Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur, per provincias Africanas litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes Consulem, & diem, ut nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur.*

4 d *Pastelli.*) Temporibus Gregorii Magni, cum tot Ecclesiæ legibus, & ab ipso Pontifice specialiter prohibitum esset pro ordinibus conferendis aliquid ministrum ordinantem ab ordinatis recipere, cœpit introduci consuetudo, ut nomine pastus, seu pastelli ordinatores ab ordinandis aliquid exigerent: quam consuetudinem Simoniæ labem continentem, & ex radice avaritiæ ortam diruit Gregorius in præsenti canone, & postea eumdem morem improbarunt Paschalis *in c. si quis objecerit* 10. *q.* 3. *ibi:* " Ne quis pastum, vel pastellum ante, vel post ordinationem, benedictive ecclesiastici possessionem solvat. „ Innoc. II. *in c. sin.* 1. *q.* 3. *ibi:* " Ne pro pastu, nec sub obtentu alicujus consuetudinis ante, vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse ordinatus dare præsumat, quoniam Simoniacum est. Et ita pastelli appellatione in præsenti comprehenditur omne, quod prætextu pastus ordinator ab ordinato exigit, ut exponunt Hallier. *de sacris elect. sect.* 7. *art.* 6. Vossius *de vitiis sermonis, lib.* 3. *c.* 35.

5 e *Pontifex manum imponit.*) Raymundus posuit *Episcopus*, ut ita generaliorem faceret prædentem prohibitionem ad omnem ordinationem, cum Gregorius ageret tantum de consecratione Episcopi, in quo Pontifex, vel Episcopus consecrator manum imponit super caput consecrandi, ut probant Hallier. *de sacris elect. c.* 5. §. 3. *a.* 6. Diana *p.* 12. *de consecr. Episcopor. resol.* 18. qui varias rationes hujus manus impositionis adducunt, & in ea consistere materiam consecrationis Episcopalis pluribus relatis post Hilarium defendit Diana, *ubi supra, resol.* 18.

f *Vel notarius.*) Constanz Zacharias supra citatus *ep.* 8. *ibi:* " Cum nec pro rescriptis, nec pro diplomatibus, quæ ab ejus scrinio procederent, aliquid exigi consuevisset. Conc. Biteric. *can.* 3. apud Labbeum, *ad.* 1. *ibi:* " Episcopi de sacris ordinibus munus non accipiant, nec aliquis loco eorum, nec aliquis de subjectis eorum; sicut pro scribendis [illegible] [illegible] solebant scriptores pretium accipere. Sed circa notarios litteras [illegible], & testimoniales scribentes, jam communiter placuit distinguendum esse, an salarium habeant publice constitutum ab Ecclesia, seu ab Episcopo, vel nullum salarium habeant. Ut primo casu nihil recipere possint pro hujusmodi chartis, secundo vero casu saltem per modum stipendii, non pretii (nam actiones illæ, utpote spiritualibus annexæ, vendi non possunt) moderatam quamdam pecuniæ summam exigere valent, quam taxarunt Concilia Ravennat. 2. temporibus Clem. V. *rubr.* 32. *ibi:* " Item cum indebitæ exactiones a notariis, & sigilliferis Dominorum Episcoporum taxentur, & moderentur in omnibus, præsertim in ordinationibus, ut ultra duos venetos non possint accipere pro scriptura, charta, schedula, cera, & sigillo: & si querela super hoc in medium prodierit, ipse notarius officialis suspendatur in dicta Curia Episcopali usque ad aliud providebitur ab officio suo. „ Ravennat. 4. sub Joanne XXII. *rubr.* 24. In Conc. Palentino a Guillelmo A. S. Legato celebrato temporibus Joannis XXII. *ibi:* " Ordinati, si post receptionem ordinis pro scriptura, labore, charta, & cera aliquid offerre voluerint, hoc accipi minime prohibetur; ita tamen, quod gratuita oblatio summam quinque maravedinorum usualis monetæ aliquatenus non excedat, a pauperibus autem, aut nihil, aut minus recipiat pro prædictis. Et paulo post: Nec notarius, seu scriptor quicquam, nisi moderatum, exigat pro collationis litteris, & sigillo. „ Toler. sub Clem. VI. *tit. de Simon.* Tolet. sub Sixto IV. *ibi:* " Notarii vero pro litteris ordinum decem tantum marapetinos recipere debeant, & si contra fecerint, quod receperint, duplicatum restituant, sequenti Concilio applicandum. Trid. *sess.* 21. *de reform. c.* 1. Et ita cum tot Conciliis concessum sit notariis salarium non habentibus aliquid recipere pro prædictis litteris, nullam Simoniam in tali receptione non committunt. Docuerunt Suar. *lib.* 4. *de Simon. tom.* 1. *de relig. cap.* 10. Binsfeld. *in præmiss.* 9. 2. Gibal. *de Simonia, q.* 14. *conclus.* 14. qui etiam resolvunt, non teneri Episcopum constituere salarium suo notario, sed posse juxta consuetudinem receptam in sua diœcesi illi permittere prædictum stipendium; & etiam docent, quod quando notarius accepit plus pro testimonialibus Presbyteratus, quam Diaconatus, Simoniam committit. Ratio est, quia tunc taxatur, & venditur dignitas ordinum, quæ vendi taxarive non potest; notario vero nihil competit, nisi ratione laboris, qui æqualis est respectu omnium ordinum.

7 g *Pallio.*) Archiepiscopis tradendo a Pontifice, juxta ad-

BIBLIOTECA CENTRAL